



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 174. An licitum sit vendere in fraudem creditorum, quibus re venditâ non poteris solvere, quod debes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

dicunt id absolute non licere *Tambur*: aliiq; multum cum *Spor.* n. 80., quia vinum in se semper red- ditur deterius citiusque acescit, & admiscere poterit emens, si temperari expediat; itaque non aqua sed vinum vilius erit admiscendum, ut ad commune fori vinum accedat; hoc tamen non obstante docet ex *Robello Laym.* l. 3. t. 4. c. 17. n. 15. te posse facere admixtionem etiam aquæ ad vinum, si aliter non possis obtinere justum pretium, aut si Magistratus injustè taxarit illius pretium. Addunt, *Pistores* facere posse panes minoris ponderis, si alioquin justum pretium secundum Magistratus taxationem consequi non possint, sed rectè notat *Castrop.* p. 22. n. 5. non esse facile præsumendam illam iniquitatem Magistratum, qui justè taxant pretium, prout communitati expedit, licèt fortè privatus per accidens patiatur damnum, quod aliâ vice facile compensabitur majore lucro.

Q. 174. An licitum sit vendere in fraudem Creditorum, quibus revendita non poteris solvere, quod debes. R. Non est licitum, si retentâ re, quam vendis, poteris lucrari, aut te reddere potentem ad solvendum, uti constat ex dictis n. 428.; imò quamvis talis venditio sit valida, si facta sit nescienti, tamen si scienti sit facta, rescindi potest à Creditoribus, etiam non restituto pretio, uti jura statuunt; si tamen non rescindant intra annum, *P. Nav. Mol. & Less.* dicunt e mentem etiam in conscientia esse tutum, sed negant communis alii cum *Nav. & Laym.*, estque sententia utraque probabilis teste *Spor.* n. 88.

Q. 175. An ille, qui emit rem hypothecatam, id est, ad debita obligatam, teneatur hæc debita solvere. R. Communis sententia affirmat, quia res transit ad